



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quod monachis Acacij suasu motum concitanibus, Basiliscus timens sibi,  
circulares literas superioribus contrarias, in omnes partes emisit. Caput  
VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

EVAGR. HISTORIAE

Quod monachis Acacij suasu motum concitantis,  
bus, Basiliscus timens sibi, circulares literas su-  
perioribus contrarias, in omnes partes emisit.

Caput VII.

Et porro apud eundem scriptorem, Acacium antistiti-  
tem Constantinopolitanum ijs de rebus circuisse, mo-  
nachosq; & populum Constantinopolis contra Basili-  
scum, utpote hæreticū, concitasse: illūq; denegasse literas  
generatim scriptas ad omnes, atque adeo decreuisse, vt ea,  
quæ tam temerè & quasi repentina impetu facta fuissent,  
penitus abrogaretur, efficeretque, vt contraria litera ab e-  
odem imperatore, quæ concilium Chalcedonēse approba-  
bant, passim ad omnes mitterentur. Has autem literas, quas  
ait contrarias alteris fuisse, Zacharias, qui quandam animi  
affectionem secutus, totam illam conscripsit historiam mis-  
fas fecit. Quæ quidem literæ ita se habent. Contraria  
literæ imperatoris Basilisci: Imperatores ac Cæsares Basili-  
scus & Marcus. Apostolicam & orthodoxā fidem ab ini-  
tio in ecclesijs conseruatam, & ad nostram usque continu-  
atam imperium, & nobis iam regnantibus custoditam, & in  
perpetuum custodiendam, in qua baptizati sumus, & cre-  
dimus, solam integrum firmamque retinendam, retentāq;  
in omnibus catholicis & apostolicis orthodoxorum eccl-  
esijs perpetuò continuandam decernimus, nullāq; præterea  
quærendum esse. Quā ob causam literas, nobis imperan-  
tibus, seu generatim ad omnes scriptas, seu alias, vel si quid  
præterea fidei & ecclesiastice constitutionis gratia à nobis  
editum sit, mandamus irrita fieri, abrogarique: atque tu Ne-  
storio & Eutychi, tum omnibus, qui sunt eiusdem cū illis  
opinionis, tum omni denique hæresi anathema denuntianti;  
& nec concilium cogi, nec inquisitionem fieri de fide, sed  
ea, quæ de ea decreta sunt, rata stabiliaque manere: quin-  
etiam prouincias, quarum episcoporum creatio penes  
sedem huius regiae & illustris ciuitatis est, reverendissimo  
& sanctissimo patriarchæ & episcopo Acacio restitui: at-  
que episcopos, qui illis sā præfunt prouincijs, proprias ni-  
hilominus sedes tenere, sic vt post istorum mortem nullum  
præiudicium contra ordinationis ius, quod ad sanctam se-  
dem hu-

dé huius regiae & eximiæ vrbis pertinet, ex ea re fiat. Deni  
que ꝑ hoc diuinū nostrū decretū vim habeat diuini edi-  
cti, nemini dubium aut obscurū esse volumus. Istæ res isto  
modo fuere confectæ.

## De reditu Zenonis. Cap. VIII.

Zeno verò per visionem, ut fertur, cōspicatus sanctam,  
strenuam, & eximiam martyre Theclā non ipsum so-  
lum impellentem, verùm etiam imperij pollicentem  
restitutionem, versus Constantinoplim exercitum ducit.  
Atque viris qui illum obsidebant muneribus inductis, Ba-  
siliscum, cum iam biennio regnauerat, imperio exturbat:  
& ad sacri templi adyta configientem, hostibus auferen-  
dum tradit. Quam ob causam Zeno egregiæ martyri The-  
clæ amplissimum templum splendore & pulchritudine ex-  
imiū Seleuciæ vrbis Isauriæ dedicauit, pluribusq; ac plane  
regalibus monumentis, quæ ad nostram usque ætatem ser-  
uata sunt exornauit. Basiliscus autem mittitur in Cappa-  
dociam mortem oppediturus. Vbi in diuersorio nomine  
Aonso vnà cum uxore & liberis trucidatur. Zeno aut  
legem sancit, qua decreta Basilisci tyranni in literis gene-  
ratim ad omnes perscriptis comprehensa, abrogata fuere:  
& Petrus cognomine Cnapheus ecclesia Antiochena, &  
Paulus Ephesiana expellitur.

Quod vita functo Basilisco, episcopi Asie dū Aca-  
cij bilem placare student, quod Chalcedonen-  
se Concilium damnassent, pœnitentiæ libellum  
exhibuerunt. Cap. IX.

Eпископи Асии, quo Acaciū placarent, depræcari cul-  
lam, veniamque petere cœperunt:mittunt quoq; ad  
eum pœnitentiæ libellos, quibus asserebant se non  
sua sponte, sed vi ac necessitate coactos literis Basilisci  
generatim ad omnes datis subscripsisse: atque adeo iure-  
iurando confirmant rem ita reuera se habere, seque non  
aliter, quam concilium Chaledonense vel credidisse,  
vel credere. Libelli autem hanc habet sententiam.

Epistola, siue supplex libellus ab episcopis Asie ad

Kk 3 Aca-